& in populari ſtatu, & in ea quæ appellatur reſpublica, ex eo quòd aliquod collegium vel alia pars ciuitatis famam ſit vel augmentum maiorem in modum conſecuta: vt apud Athenienſes, Areopagi conſilium per tempora belli Perſarum famam conſecutum reipublicæ gubernandi formam ſeueriorem videtur feciſſe. Et rurſus naualis turba, quòd cauſa victoriæ Salaminenſi bello fuiſſe videbatur, & ob eam victoriam principatum maris acquiſiſſe ciuitati, popularem ſtatum magis aſſeruit. Et apud Argiuos nobilitas, quòd in prælio contra Lacedęmonios apud Mãtiniam vrbem commiſſo, magnam famam conſecuta erat, popularem ſtatum delere tentauit. Et apud Syracuſanos multitudo vrbana, quòd cauſa victoriæ belli aduerſus Athenienſes videbatur fuiſſe, rempublicam mutauit ad popularem ſtatum. Et apud Chalcidenſes, quòd ſimul cum nobilitate ad opprimendum Phoxum tyrannum plebs inſurrexiſſet, ſtatim reipublicæ gubernationem ſuſcepit. Et apud Ambraciam eodem modo, populus vnà cum aggreſſoribus Periandro tyranno expulſo, in ſeipſum gubernationem conuertit. Et omnino hoc latere non oportet, quòd qui potentiæ cauſa fuerint, ſiue priuati homines, ſiue collegia publica, ſiue tribus, ſiue & pars aliqua ciuitatis, ſiue quæcunque multitudo, ſeditionem commouēt. aut enim qui honori illorum inuident ſeditionem faciunt, aut ipſi propter præualentiam parem habere cum cęteris, non acquieſcunt. Mouetur quoque reſpublica quãdo partes illæ ciuitatis, quę contrariæ videntur eſſe, parificantur (ceu diuites & plebs) medium autem parum aut nihil omnino ſit. ſi enim quæuis pars ita robuſta fiat, vt ad illam quæ prædominabatur, proximè accedat, nõ tolerat poſthac diſcrimina ſubire. Quapropter & qui virtute pręcellunt, nullam (vt ita dixerim) faciunt ſeditionem. pauci enim ſunt, alij verò permulti. Vniuerſaliter ergo in cunctis rebuſpublicis ipſius initia cauſæq. ſeditionum ac mutationum, in hũc modum fiunt. Mutatur autem reſpublica quandoque per vim, quãdoq. per dolum. Per vim autem aut ſtatim, aut poſtea compellendo. nam & fraus duplex eſt. nonnunquam enim decepti ab initio, ſua demum ſponte recipiunt alium gubernandi modum, deinde poſtea violenter conſeruant: vt accidit cùm quadringenti illi Athenienſium rempublicam ſuſceperunt, affirmantes enim quòd Perſarũ rex pecunias ad bellũ cõtra Lacedæmonios ſubminiſtraret, ac in

A καὶ εἰς δῆμον, καὶ εἰς πολιτείαν, ἐκ τοῦ εὐδοκιμῆσαί τι, ἢ αὐξηθῆναι ἢ ἀρχεῖον, ἢ μόριον τῆς πόλεως· οἷον, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, εὐδοκιμήσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς, ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν. καὶ πάλιν ὁ ναυτικὸς ὄχλος, γενόμενος αἴτιος τῆς περὶ Σαλαμῖνα νίκης, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἡγεμονίας, διὰ τὴν κατὰ θάλατταν δύναμιν, τὴν δημοκρατίαν ἰσχυροτέραν ἐποίησε. καὶ ἐν Ἄργει οἱ γνώ-
B ριμοι εὐδοκιμήσαντες περὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον. καὶ ἐν Συρακούσαις ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀθηναίους, ἐκ πολιτείας εἰς δημοκρατίαν μετέβαλε. καὶ ἐν Χαλκίδι Φόξον τὸν τύραννον μετὰ τῶν γνωρίμων ὁ δῆμος ἀνελὼν, εὐθὺς εἴχετο τῆς πολιτείας.
C καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. καὶ ὅλως δὴ δεῖ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὡς οἱ δυνάμεως αἴτιοι γενόμενοι, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀρχαὶ, καὶ φυλαὶ, καὶ ὅλως μέρος καὶ ὁποιονοῦν πλῆθος, στάσιν κινοῦσιν. ἢ γὰρ οἱ τούτοις φθονοῦντες τιμωμένοις, ἄρχουσι τῆς στάσεως· ἢ οὗτοι, διὰ τὴν
D ὑπεροχὴν, οὐ θέλουσι μένειν ἐπὶ τῶν ἴσων. κινοῦνται δ' αἱ πολιτεῖαι, καὶ ὅταν τἀναντία εἶναι δοκοῦντα μέρη τῆς πόλεως, ἰσάζῃ ἀλλήλοις· οἷον οἱ πλούσιοι καὶ ὁ δῆμος· μέσον δ', ἢ μικρὸν, ἢ μηθὲν πάμπαν. ἂν γὰρ πολὺ ὑπερέχῃ ὁποτερονοῦν τῶν μερῶν πρὸς τὸ φανερῶς κρεῖττον, τὸ λοιπὸν οὐ θέλει κινδυνεύειν. διὸ καὶ οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες οὐ ποιοῦσι
E στάσιν, ὡς εἰπεῖν· ὀλίγοι γὰρ γίγνονται πρὸς πολλούς. καθόλου μὲν οὖν περὶ πάσας τὰς πολιτείας αἱ ἀρχαὶ καὶ αἰτίαι τῶν στάσεων καὶ τῶν μεταβολῶν, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον. κινοῦσι δὲ τὰς πολιτείας, ὁτὲ μὲν, διὰ βίας· ὁτὲ δὲ, δι' ἀπάτης. διὰ βίας μὲν, ἢ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἢ ὕστερον ἀναγκάζοντες. καὶ γὰρ ἡ ἀπάτη διττή. ὁτὲ μὲν γὰρ ἐξαπατήσαντες τὸ πρότερον,
F ἑκόντων μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν· εἶθ' ὕστερον βίᾳ κατέχουσιν ἀκόντων· οἷον ἐπὶ τῶν τετρακοσίων τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, φάσκοντες τὸν βασιλέα χρήματα παρέξειν πρὸς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους·